



Per.  
Lat  
020

Prodit Budapestini, VIII., Baross-u. 62. circa Idus cuiusque mensis, excepto Julio et Augusto.  
Pretium subscriptionis annuae 60.000 coronarum (4 P 80 f).

## Mens humana.

Ita divinitus constituta est natura humana, ut altiores<sup>1</sup> spiritus<sup>1</sup> gereret<sup>1</sup>. Homines non contenti rerum condicionibus, in quibus a Creatore mundi collocati erant, mobili atque inquieta mente stimulati ad altiora<sup>2</sup> tendentes<sup>2</sup> a parvo primordio gradatim ad tantum cultus<sup>3</sup> atque humanitatis<sup>3</sup> fastigium<sup>4</sup> pervenerunt, ut nihil iam amplius, quod cupiant, habere videntur. At in progressu scientiae nulla est institio.<sup>5</sup> Multa enim adhuc in natura rerum sunt ignota hominibus, quae mens gradatim indagare atque explorare conatur. Multa



Pallas Athena.

enim milia stellarum in convexis<sup>6</sup> caeli<sup>6</sup> coruscant, quarum occulta<sup>7</sup> in tenebris<sup>8</sup> iacent<sup>8</sup> neque imperfectis, quae<sup>9</sup> nunc<sup>9</sup> sunt,<sup>9</sup> instrumentis ea in praesens<sup>10</sup> aperiri posse constat. Atque etiam in terris, quamvis nunc iam pauciores, tamen sunt res inexploratae, dignae, quae humana mente cognoscantur. Quare homines machinas et instrumenta varia, quibus ea occulta sperant se patefacturos, assidue corrigere ac consummare<sup>11</sup> nituntur, ut ea, quae affectant,<sup>12</sup> consequi possint. Nobilissimum horum instrumentorum

<sup>1</sup> nagyra tör <sup>2</sup> magasabbra tör <sup>3</sup> műveltség <sup>4</sup> fok <sup>5</sup> megállás <sup>6</sup> égbolt <sup>7</sup> titkok <sup>8</sup> homályban vannak <sup>9</sup> mostani <sup>10</sup> egyelőre <sup>11</sup> tökéletesíteni <sup>12</sup> törekszik.



est machina volatilis,<sup>13</sup> quae licet non ita pridem inventa sit, tamen hodie iam adeo perfecta<sup>14</sup> atque absoluta<sup>14</sup> est, ut nullo<sup>15</sup> fere<sup>15</sup> periculo<sup>15</sup> in aëre volare possit. Ridemus quidem nunc illum Daedalum eiusque filium Icarum, qui, cum a rege Minoe per vim retinerentur, plumeis alis ad umeros applicatis ex insula Creta mare pervolare temptarunt; haec tamen conata<sup>16</sup> ostendunt iam Graecos id egisse, ut in occultas caeli regiones penetrarent. Spes, quam illi multique deinceps foverant, nunc iam ad effectum<sup>17</sup> perducta est.<sup>17</sup> Longitudo itineris, quod illa machina conficere potest, in dies crescit neque longe a nobis abest tempus, cum homines, tamquam aves, in aëre volitabunt. Iam id, quod adhuc frustra temptatum erat, assecuti sunt: uno tenore<sup>18</sup> pervolatum est mare Atlanticum. Lindbergius, vir Americanus, primus<sup>19</sup> huius facti praeclarissimi laudes abstulit. Exinde complures eum secuti prospere ad finem,<sup>20</sup> quem petebant, pervenerunt. At terminata<sup>21</sup> finita-

que<sup>21</sup> est regio rationis neque unquam, quae Deus occulta esse voluit, vires humanae cognoscere aut assequi poterunt.

<sup>13</sup> repülőgép <sup>14</sup> tökéletes <sup>15</sup> szinte veszedelem nélkül <sup>16</sup> kísérlet <sup>17</sup> megvalósult <sup>18</sup> egyhuzamban <sup>19</sup> először <sup>20</sup> cél <sup>21</sup> véges.

## Sanctus Stephanus.

Scriptis: V. F.

*Velox<sup>1</sup> Hungariam percurrit fama pericli,  
Undique fideles Stephani loca iussa<sup>2</sup> petebant.  
Advenit princeps acer Vecelinus in armis,  
Agmen agens equitum, Germano sanguine natus,  
Comiter<sup>3</sup> in fines quem Geyza receperat<sup>4</sup> Hungros;  
Iam puer armorum pernix<sup>5</sup> exercitus usu,  
Turpia nec suetus<sup>6</sup> pugna convertere terga.  
Hunc animosus<sup>7</sup> equo sequitur Pasmanus in albo  
Ancipitemque<sup>8</sup> manu dextra magnum tenet ensem,  
Uno qui galeas ictu diffindit<sup>9</sup> aënas.<sup>10</sup>  
Hospitibus veniunt hi cum multis Alemannis,  
Qui in deserta<sup>11</sup> satis cultoribus<sup>11</sup> arva recepti  
Magna colenda locis capiebant praedia<sup>12</sup> multis;  
Ut referant grates,<sup>13</sup> laeti vexilla sequuntur.*

<sup>1</sup> gyors <sup>2</sup> megállapított hely <sup>3</sup> nyájasan <sup>4</sup> befogad <sup>5</sup> ügyes <sup>6</sup> megszokott <sup>7</sup> bátor <sup>8</sup> kétélű <sup>9</sup> kettéhasít <sup>10</sup> érc <sup>11</sup> lakatlan <sup>12</sup> birtok <sup>13</sup> hála.

Anno MDCCCXLII. a pictoribus Italicis didicit artem tabulas pingendi. Iacopo, quo magistro clarissimo usus<sup>11</sup> est, ingenium iuvenis eximium agnovit et quamquam hortabatur iuvenem, ut diligenter disceret, tamen familia, praesertim mater eius consiliis<sup>12</sup> pueri obstetit.<sup>13</sup> Qua de causa, cum Zichy Vindobonam se contulisset,<sup>14</sup> familiae amicitiam amisit. Opus eius primum est *Eques moriens*, quem Germani habent proprium. Eo tempore pinxit *In arcam<sup>15</sup> positionem*,<sup>15</sup> quam Museum Nationale Hungaricum sibi comparavit. Postea complures imagines in publicum prodibant, quarum clarissimae sunt *Christus de cruce desumitur*, *Linter<sup>16</sup> in periculo versantes servans*,<sup>16</sup> *Regina Elisabeth ad suggestum<sup>17</sup> funebrem<sup>17</sup> Francisci Deák*.

Anno MDCCCXLVII. a principe<sup>18</sup> Russo-

<sup>1</sup> festészet <sup>2</sup> kiváló tehetségű, <sup>3</sup> ballada <sup>4</sup> il-lusztrál <sup>5</sup> falu <sup>6</sup> megye <sup>7</sup> Somogy <sup>8</sup> vonz <sup>9</sup> műterem <sup>10</sup> rajzol <sup>11</sup> tanítója volt <sup>12</sup> terv <sup>13</sup> ellenáll <sup>14</sup> megy <sup>15</sup> sírbatétel <sup>16</sup> mentőcsónak <sup>17</sup> ravatal <sup>18</sup> cár.



## Michael Zichy

Anni MDCCCXXVII. dies XXI. Octobris est in historia artis<sup>1</sup> pingendi<sup>1</sup> Hungariae celeberrimus. Eo enim die natus est Michael Zichy, pictor imaginum ille singularis<sup>2</sup> ingenii,<sup>2</sup> qui carminibus epicolyricis<sup>3</sup> Ioannis Arany pulcherrimis imaginibus<sup>4</sup> pictas<sup>4</sup> addidit.<sup>4</sup> Ergo centum annis ante natus est in pago<sup>5</sup> Zala comitatus<sup>6</sup> Simighiensis.<sup>7</sup> Iam pueri animum tabulae pictae traxerunt.<sup>8</sup> Postquam scholas partim domi, partim in oppido Veszprém frequentavit, ad studia maiora perficienda Budapestinum petivit, ubi studia negligens magis officinis<sup>9</sup> pictorum visendis se tradidit. Etiam in libris imagines varias scripsit.<sup>10</sup>



*Hungaricae posthac celeres venere cohortes,  
Arcubus, utentes, doctae<sup>14</sup> pulsare<sup>15</sup> sagittas.  
Ex umeris pendent ursina<sup>16</sup> segestria<sup>17</sup> latis  
Gausapinisque<sup>18</sup> haeret clitellis<sup>19</sup> crassa<sup>20</sup> securis,  
Letifera<sup>21</sup> in pugnibus<sup>22</sup> consertis<sup>23</sup> arma virorum,  
Aequore qui campi<sup>24</sup> cursabant ocuis euro,  
Agmen ut in celso sublime volare putares.  
Milia iam coeunt validorum armata virorum,  
In quorum numero laetus pascebat ocellos  
Princeps<sup>24</sup> et tristis frons exhilarata<sup>25</sup> nitebat.<sup>26</sup>  
Iamque iter ingreditur<sup>27</sup> fulgens exercitus armis  
Et Stephanum magno strepitu<sup>28</sup> comitatur equorum;  
Antei<sup>29</sup> ipse viros nitida stipante<sup>30</sup> caterva  
Atque animo tacitus versat<sup>31</sup> mutabile fatum.<sup>32</sup>  
Praeterit Arrabonam<sup>33</sup> dextram velociter agmen  
Romanaque via cursu maturat adire  
Partes infestas<sup>34</sup> hostique occurrere saevo.*

*Haud procul Arrabona mons altus distat ab urbe,  
In quo coenobium<sup>35</sup> ligno<sup>36</sup> surgebat in auras;<sup>37</sup>  
Aedis erat sancto Martino in vertice<sup>38</sup> sacra,<sup>39</sup>  
Inque domo monachi<sup>40</sup> vivebant arte<sup>41</sup> severa.  
Nocte, die precibus<sup>42</sup> calidis<sup>43</sup> operisque vacabant.<sup>44</sup>  
Altera pars agros putres<sup>45</sup> scindebat<sup>46</sup> aratro<sup>47</sup>  
Siccabatque<sup>48</sup> lacus diffusos, stagna, paludes;  
Saltibus excisis augebat humum manibusque  
Semina<sup>49</sup> spargebat pingui Cerealia<sup>49</sup> terrae.  
In fabricis<sup>50</sup> alii, tractantes mangana,<sup>51</sup> puris  
Hungaricos varias merces fabricare docebant;*

rum in Russiam invitatus est, ubi praeter varia genera imaginum pinxit *Messiam, Martyres Iudaeos.* E Russia Lutetias<sup>19</sup> Parisiorum<sup>19</sup> profectus est, ubi in consuetudinem<sup>20</sup> illius clarissimi Michaelis Munkácsy adductus<sup>20</sup> tabulas, easque plurimas pingere perrexit.<sup>21</sup> Post annos XIII in Hungariam rediens maxima laude accipitur.

In pago Zala carminibus Ioannis Arany, Alexandri Petőfi, Michaelis Vörösmarty tabulas pictas addidit, praeterea etiam Tragœdium Hominis Emerici Madách imaginibus ornavit.


De caelo Hungariae anno MDCCCCVI. stella splendidissima decidit. Michael Zichy mortuus est. Ille quidem vita decessit, sed nos iterum atque iterum revocemus in memoriam illud proverbium: *Abiit, non obiit, quia pictor ille celeberrimus mortuus est quidem, sed gloria eius manebit, donec unus Hungarus in terra vivet.* *Rosalia Unger.*

<sup>19</sup> Páris    <sup>20</sup> megismerkedik    <sup>21</sup> folytat.

*In ludis alii pueris cultus<sup>52</sup> studiosis<sup>52</sup>  
Tradebant<sup>53</sup> artes primas, elementa loquendi.  
Nonnullique opus antiquum transcribere<sup>54</sup> iussi  
Grammata<sup>55</sup> pingebant<sup>56</sup> dextre<sup>57</sup> miniis<sup>58</sup> ad amu-  
sim.<sup>58</sup>*

*Plurima sed monachi satagebant,<sup>60</sup> ut mala gentis  
Indoles<sup>61</sup> in melius conversa capessere mores  
Ocuis apta novos esset Christumque vereri;  
Hos non terrebant loca vasta nec antra ferarum,  
Quominus agrestes<sup>62</sup> temptarent vincere duos  
Atque animos trucium mollirent silvicularum.*

*Qui procul ut videre citas properare cohortes,  
Iam duce descendunt agiles<sup>63</sup> abbate<sup>64</sup> senili,<sup>65</sup>*



S. Mons Pannoniae.

*Ut iuvenem Stephanum coram<sup>66</sup> salvere<sup>67</sup> iuberent  
Et cuperent<sup>68</sup> illi pacem laetumque triumphum.  
Constitit agmen iens simul et vestigia<sup>69</sup> pressit;<sup>69</sup>  
Pulvis equis sudas<sup>70</sup> operit trepidantibus<sup>71</sup> auras.  
Ante suos abbas progressus talia fatat:*


<sup>14</sup> értő    <sup>15</sup> röpít    <sup>16</sup> medvebőrből való    <sup>17</sup> kaca-  
gány    <sup>18</sup> darócból való    <sup>19</sup> nyereg    <sup>20</sup> vastag  
<sup>21</sup> halálthozó    <sup>22</sup> ember ellen    <sup>23</sup> sík mezőn  
<sup>24</sup> fejedelem    <sup>25</sup> kiderül    <sup>26</sup> ragyog    <sup>27</sup> megkezd  
<sup>28</sup> zaj    <sup>29</sup> elül megy    <sup>30</sup> kísér    <sup>31</sup> forgatja magá-  
ban    <sup>32</sup> a sors változandóságát    <sup>33</sup> Győr    <sup>34</sup> veszé-  
lyeztetett    <sup>35</sup> kolostor    <sup>36</sup> fából való    <sup>37</sup> levegőbe  
<sup>38</sup> csúcs    <sup>39</sup> szentelt    <sup>40</sup> szerzetesek    <sup>41</sup> mód    <sup>42</sup> ima  
<sup>43</sup> hő    <sup>44</sup> foglalkozik valamivel    <sup>45</sup> porhanyít  
<sup>46</sup> tör    <sup>47</sup> eke    <sup>48</sup> szárít, lecsapol    <sup>49</sup> gabona  
<sup>50</sup> műhely    <sup>51</sup> gép    <sup>52</sup> tudásra vágyó    <sup>53</sup> előad  
<sup>54</sup> másol    <sup>55</sup> betű    <sup>56</sup> fest    <sup>57</sup> ügyesen    <sup>58</sup> cinóber,  
minium    <sup>59</sup> pontosan    <sup>60</sup> fáradozik    <sup>61</sup> jellem  
<sup>62</sup> paraszt    <sup>63</sup> fürge    <sup>64</sup> apát    <sup>65</sup> öreg    <sup>66</sup> szem-  
től szembe    <sup>67</sup> üdvözöl    <sup>68</sup> kíván    <sup>69</sup> helyben  
marad    <sup>70</sup> derült    <sup>71</sup> toporzékoló.



«En pie dux populi, princeps genereose, salutant  
Te monachi numenque rogant, ut coepta<sup>72</sup> benignis  
Ominibus foveat tua bellica delque superbum  
Coppanum vinci fastumque<sup>73</sup> retundier<sup>74</sup> armis.»<sup>74</sup>  
Haec ad verba refert<sup>75</sup> Stephanus sic voce: «Iuvante  
Si Christo mihi contigerit<sup>76</sup> superare rebelles<sup>77</sup>  
Imperioque<sup>78</sup> meo pacem renovare salubrem,  
Me decimam<sup>79</sup> partem<sup>79</sup> rerum<sup>80</sup> victi ducis ante  
Hosce viros voveo<sup>81</sup> tibi coenobioque daturum.  
Semper in aeternum iubeo mea dicta vereri<sup>82</sup>  
Rectoresque veto regni violare<sup>83</sup> fuluros».  
Desiit<sup>84</sup> et motu<sup>85</sup> digiti<sup>85</sup> vexilla<sup>86</sup> levantur  
Continuoque<sup>87</sup> viam totum agmen pergere<sup>88</sup> coepit.  
Signa levi fluitant aura<sup>89</sup> vestraeque figurae<sup>90</sup>  
Resplendent pictae,<sup>90</sup> sancti Martine, Georgi.

(Ad numerum proximum.)

<sup>72</sup> vállalat <sup>73</sup> gög <sup>74</sup> visszaver fegyverrel (régi inf.) <sup>75</sup> válaszol <sup>76</sup> sikerül <sup>77</sup> lázadó <sup>78</sup> birodalom <sup>79</sup> tized <sup>80</sup> vagyon <sup>81</sup> fogadok <sup>82</sup> tiszteletben tart <sup>83</sup> megsért <sup>84</sup> abbahagyta a beszédet <sup>85</sup> ujjának mozdulatára <sup>86</sup> zászló <sup>87</sup> rögtön <sup>88</sup> folytat <sup>89</sup> szellő <sup>90</sup> kép.



Iustitia est maximum decus regum.

Alexander Magnus, rex Macedonum, aliquando in Africa nationem ignotam invenit. Princeps<sup>1</sup> nationis eum in casam duxit eique pomum palmae<sup>2</sup> aureum, ficum auream, panem aureum ministravit.<sup>3</sup>

— Vos auro vescimini?<sup>4</sup> — interrogat Alexander Magnus admirans.

— Tu, credo — inquit princeps — domi habes cibos esculentos; cur ergo ad nos venisti?

— Auro vestro non sum allectus<sup>5</sup> — respondet Alexander — sed mores vestros cognoscere volo.

— Itaque, quoad libet, mane apud nos.

Interea duo cives ingrediuntur. Unus ait:

— Ab isto homine agrum emi. Cum aram, inveni thesaurum. Hic non<sup>6</sup> pertinet<sup>6</sup> ad me,<sup>6</sup> quia ego tantum<sup>7</sup> agrum emi, tamen hic homo thesaurum accipere recusat.

— Ego — respondet alter — agrum cum rebus omnibus, quae in eo sunt, vendidi. Ergo emptoris est thesaurus.

— Nonne habes filium? — interrogat princeps.

— Habeo.

— Et tu habes filiam?

— Habeo.

— Si res ita est, filius tuus ducat<sup>8</sup> uxorem<sup>8</sup> alterius filiam et thesaurum mariti<sup>9</sup> habeant.

Alexander Magnus obstupuit.

— Numquid<sup>10</sup> iudicium est iniustum? — interrogat princeps.

— Minime — respondet Alexander — sed mihi novum<sup>11</sup> est.

— Quomodo tu hanc rem iudicares?

— Nos utrumque comprehenderemus<sup>12</sup> et thesaurum regi occuparemus.

— Regi? — ait princeps admirans. — Dic, quaeso, lucetne sol apud vos?

— Lucet.

— Pluitne?

— Pluit.

— Mirum! Suntne in tuo regno bestiae et animalia, quae herbis vescuntur?

— Varia genera.

— Si res ita est, certe Deus animalium gratiā dat radios solis et pluviam salubrem;<sup>13</sup> nam vos homines eam non meremini.

Alexander Magnus rubore<sup>14</sup> perfusus<sup>14</sup> verbis principis assensus est.<sup>15</sup> Deinde ingentem exercitum abduxit.

<sup>1</sup> fejedelem <sup>2</sup> datolya <sup>3</sup> felszolgál <sup>4</sup> eszik <sup>5</sup> csábít <sup>6</sup> nem az enyém <sup>7</sup> csak <sup>8</sup> nőül vesz <sup>9</sup> házaspár <sup>10</sup> vajjon? <sup>11</sup> szokatlan <sup>12</sup> letartóztat <sup>13</sup> jótékony <sup>14</sup> elpirulva <sup>15</sup> igazat ad.

## Lucius Marius.

Scripsit: Church A. J. In Latinum convertit: Valentinus Fehér.

### 11. Venatio.<sup>1</sup>

Postquam Lucius Theronem et Philareten valere<sup>2</sup> iussit,<sup>2</sup> a. d. III. Nonas Nov. cum agmine iter<sup>3</sup> ingressus<sup>3</sup> est. Cum donum Tharsensium, aureum diadema<sup>4</sup> regi ferretur,

<sup>1</sup> vadászat <sup>2</sup> búcsúzik <sup>3</sup> útnak indul <sup>4</sup> fejdísz, ékszer.



agmen caterva<sup>5</sup> militum protegebat;<sup>6</sup> mercatores aliique viatores ceperunt occasionem iter in tuto faciendi; quia vero illi quoque comites armatos habebant, agmen ab impetu hostili tutum esse videbatur. Comitatus Anthemius, civis Tharsensis, praerat,<sup>7</sup> qui tamen, cum esset senex et mollis, munus ducendi mox Lauconi vicario<sup>8</sup> tradidit.

Toto itinere feliciter confecto ante extremum<sup>9</sup> Novembrem Pessinum pervenerunt. Postquam et animum et corpus a laboribus itineris laxaverunt,<sup>10</sup> rex diem consilio dixit, in quo legati munera sibi traderent et Lucius litteras<sup>11</sup> commendaticias<sup>11</sup> ostenderet.

Consilium sub<sup>12</sup> Iove<sup>12</sup> habitum est. Unus e legatis Tharsensibus progressus<sup>13</sup> longam atque a rhetore elaboratam habuit orationem. Tum munera tradita sunt; quae rex accepta ministro tradidit breviterque gratias egit. Tum Lucius litteras Tullii commendaticias ei praebuit. Quibus perlectis rex dixit:

— Salvere te iubeo. Amicus M. Tullii meus quoque amicus est. Da mihi tempus deliberandi,<sup>14</sup> quomodo virtutibus, quas Tullius adeo praeclaras esse confirmat, ad nostram amborum utilitatem abutar.<sup>15</sup> Tantisper hospes meus eris.

Lucius cum in hospitium revertisset, invenit ibi litteras regis, quibus ad venationem invitatus est. Altero die multo mane loco<sup>16</sup> constituto<sup>16</sup> apparuit.

— Adducite — inquit rex voce blandissima — Irenen ad hospitem Romanum.

Irene erat equa<sup>17</sup> formosissima; tamen Lucius animadvertit naturam atque indolem eius nomini non competere.<sup>18</sup> Nam vix ascenderat, cum equa,<sup>19</sup> ut sessorem deiiceret, circumsilire coepit. Primum pedes priores erexit; Lucius in ephippio<sup>20</sup> proclinatus<sup>21</sup> impetu vehemēti eam in solito statu esse coegit.<sup>22</sup> Tum equa saepius in ungues erecta hos motus tamdiu variavit, dum Lucius defatigaretur.<sup>22</sup> Is, ut rei finem faceret, arte a servo patris docta usus mirum in modum sibilavit.<sup>23</sup> Hoc audito equa tremere coepit. Lucius, cum equa rursus eum deiicere niteretur, sibilum iteravit, quo bestia brevi sedata<sup>24</sup> est. Adolescens a venatoribus secundo<sup>25</sup> murmure<sup>25</sup> salutatur.

Cum capro<sup>26</sup> Dianae immolato faustum<sup>27</sup>

omen ostensum esset, agmen iter intravit. Loca venationibus apta septem fere milia passuum ab urbe aberant. Silva longe lateque patebat. Per dies complures centum agitadores<sup>28</sup> feras coegerant, quae tum in unam silvae partem convenerunt. Ibi terra ab agro alta rupe separata erat; per eam fluvius fluebat. Alveus<sup>29</sup> eius quattuor pedes latus erat, sed ceterae partes silvae densissimis erant obsitae virgultis.<sup>30</sup> Maximam ferarum partem, si agitadores a tergo rem coeperint, ad hunc exitum fugere oportebat. Rex cum paucis comitibus ibi constitit. Erant tamen alii tres exitus,<sup>31</sup> ad quos item venatores constituti sunt. Deiotarus iunior, unicus regis filius, una cum Lucio unum e tribus exitibus adiit. Interim alii venatores post agitadores se contulerunt, ut si quae ferae erupissent,<sup>32</sup> sternerent.

Venatores in exitu silvae concitati<sup>33</sup> feras exspectabant. Primi lepores apparent, quos pueri sagittis aut canibus immissis excipiunt. Mox grandiores bestiae proveniunt. Rex eo loco stans, qua plurimas transire feras oportebat, nonnullas percutit.

Ubi filius regis stabat, repente ingentissima panthera<sup>34</sup> prosilit, sed venatores conspicata<sup>35</sup> rursus in silvam se abdit.

— Quale monstrum! — clamat unus ex venatoribus. — Nunquam antehac vidi tantum.

— Quid est nunc agendum? — quaerit Deiotarus iunior.

— Exspectabimus.

Sed cum diu frustra opperirentur, servus reguli,<sup>36</sup> Ambiorix herum<sup>37</sup> adiit.

— Ego novi sedem<sup>38</sup> pantherae.

— Potesne nos adducere?

— Possum.

— Optime; si eam repertam occiderimus, te manu<sup>39</sup> mittam.<sup>39</sup>

<sup>5</sup> csapat <sup>6</sup> védelmez <sup>7</sup> élén áll, vezet <sup>8</sup> helyettes <sup>9</sup> vége előtt <sup>10</sup> felüdít <sup>11</sup> ajánló levél <sup>12</sup> szabad ég alatt <sup>13</sup> előre lépve <sup>14</sup> megfontolás <sup>15</sup> élek valamivel, használok <sup>16</sup> megállapított helyen <sup>17</sup> kanca <sup>18</sup> illik <sup>19</sup> lovas <sup>20</sup> nyereg <sup>21</sup> előre hajolva <sup>22</sup> elfárad <sup>23</sup> fűtyül <sup>24</sup> lecsillapodik, megszelidül <sup>25</sup> helyeslő morajjal <sup>26</sup> kecske <sup>27</sup> szerencsés <sup>28</sup> hajtók <sup>29</sup> meder <sup>30</sup> cserjés <sup>31</sup> ki-menet <sup>32</sup> kitör <sup>33</sup> izgatottan <sup>34</sup> párdúc <sup>35</sup> meglát <sup>36</sup> királyfi <sup>37</sup> úr, <sup>38</sup> tartózkodási hely <sup>39</sup> fel-szabadít.



Servus venatores in silvam ducit. Mox animalis vestigia reperiunt. Sic indagando<sup>40</sup> ad ostium speluncae<sup>41</sup> perveniunt.

— Certone scis — quaerit regulus — hunc unum esse speluncae introitum?

— Huius rei oblitus sum — respondet servus. — At si quem repperero, ingrediar et bis fistulam<sup>42</sup> inflabo.

Servus discedit. Hora post venatores sonum fistulae percipiunt.<sup>43</sup>

— Agedum! — clamat regulus; — si fera prorsus<sup>44</sup> adest, inter duo<sup>45</sup> pericula<sup>45</sup> ponetur.<sup>45</sup>

Tum venatores se movere incipiunt; anteit adolescens quidam Galata, deinde regulus, post Lucius sequuntur; post eos comites venabula<sup>46</sup> taedasque<sup>47</sup> portant. Cum centum fere passus ab introitu essent, ductor constitit.

— Video feram — inquit susurrans.<sup>48</sup>

Comites paucas taedas accendunt; ad earum lumen in aditu latebrarum<sup>49</sup> pantheram iacentem conspiciunt.

Regulus primus eam percutere vult, sed adolescens ille Galata, cui vita reguli commissa erat, loco non cessit.

— Coniice igitur venabulum<sup>50</sup> — ait Deiotarus.

Sed quia locus, ubi fera cubabat, satis obscurus erat, venabulum tantummodo pellem strinxit<sup>51</sup> et in rupem impactum est.<sup>52</sup> Panthera numero virorum perterrita se convertit et ad alterum aditum fugit. Viri subsequuntur. Via subito flexa<sup>53</sup> et rima<sup>54</sup> visa est, ubi servus praemissus stabat. Is venabulum in armum<sup>55</sup> bestiae infixit; sed illa pedis ictu Ambiorigem prosternit et lateri horrendum vulnus infert. Eodem momento temporis tres cultri<sup>56</sup> in corpus immane penetrant. Panthera mortua corrui.

Servus, cuius letiferum<sup>57</sup> vulnus sanguine manabat, mox exspiravit. Corpus eius in lectica<sup>58</sup> positum et pallio<sup>59</sup> coopertum reportatur.

Postero die rex Lucium arcessivit<sup>60</sup> et postquam res ab eo gestas audivit, sic eum allocutus est:

— Summo opere velim apud me te retinere atque filio meo addere. Multo quidem maior est, quam ut discipulus esse possit tuque

peradolescens<sup>61</sup> educator esses; tamen vos optimos amicos fore spero. Latine cum eo loqueris, nam licet hac lingua satis comode<sup>61</sup> verba<sup>62</sup> faciat,<sup>62</sup> tamen quod ad tenorem<sup>63</sup> attinet, multa sunt ei discenda. Ante omnia conare eum talem facere, qualis tu es.

Lucius, qui melius optare munus non poterat, grato animo consilium<sup>64</sup> accepit.

(Ad numerum proximum.)

<sup>40</sup> nyomozva <sup>41</sup> barlang <sup>42</sup> sip <sup>43</sup> meghal  
<sup>44</sup> egyáltalában <sup>45</sup> két tűz közt <sup>46</sup> gerely <sup>47</sup> fáklya  
<sup>48</sup> suttogással <sup>49</sup> rejték hely <sup>50</sup> gerely <sup>51</sup> horzsol  
<sup>52</sup> beleütődik <sup>53</sup> eltér <sup>54</sup> rés <sup>55</sup> szügy <sup>56</sup> kés  
<sup>57</sup> halálos <sup>58</sup> hordágy <sup>59</sup> köpeny <sup>60</sup> hivatta <sup>61</sup> igen  
fiatal <sup>62</sup> könnyedén beszél <sup>63</sup> hangsúly <sup>64</sup> terv.



In pavimentum currus despuere vetitum est.

Palocius<sup>1</sup> quidam, curru vi electrica moto proficiscens, quia fumum<sup>2</sup> tabaci<sup>3</sup> ore flare<sup>2</sup> vetitum est, saepenumero spuebat. Ductor currus monstrat ei tabulam, quae in pavimentum currus despuere vetat. Palocius indignatur:

— Ego non spuo in pavimentum. Ecce, in aera spuo; me invito cadit in pavimentum.

### Processio.

Palocius quidam e caupona domum titubans<sup>3</sup> redit. In via pedem caputque offendit<sup>4</sup> ad trabes ferreas, quibus lampades tenentur. Transit ad partem viae alteram, sed ibi obviam ei sunt trabes, quae fluctum<sup>5</sup> electricum<sup>5</sup> portant. Iracundus exclamat:

— Quid est, hodie omnes mei cives caeci sunt? — Mox de via decedens:

— Exspectabo, dum haec longa processio me praetereat.

<sup>1</sup> az egyszeri palóc <sup>2</sup> dohányozni <sup>3</sup> dülöngélni  
<sup>4</sup> beleütözik <sup>5</sup> villanyoszlop.



**Aestas et hiems.**

Palocius quidam interrogatus, essetne aestas fervidior an hiems gelidior? — respondit:

— Hieme iam saepius vidi fluvium Ipoly<sup>6</sup> frigore concretum,<sup>7</sup> sed aestate nunquam effervescere! *P. Farkas.*

**Ratio<sup>8</sup> agendi<sup>8</sup> optima.<sup>8</sup>**

— Contigit<sup>9</sup> — ne, vicina, liberari ab iis, qui in domo tua habitabant?

— Tandem!

— Et quomodo?

— Canere didici!

**In taberna.<sup>10</sup>**

*Mercator*: Vis — ne, puerule, saccharum<sup>11</sup> emere?

*Puerulus*: Ego vellem, sed matercula saponem<sup>12</sup> me misit emptum.

**Verum dixit.**

*Pater*: Videbat — ne magister tuum pensum? <sup>13</sup>

*Puer*: Vidit.

*Pater*: Et non sensit, me in scribendo te adiuvisse?

*Puer*: Non!

*Pater*: Et quid dixit?

*Puer*: Me quotidie stultiorem fieri.

*Franciscus Nagy.*

**Si...**

*Puerulus* in via lacrimas uberes profundit. *Senex quidam* (benigne) Cur lacrimas, mi fili?

*Puerulus*: Perdidit viginti nummulos et nunc dulcia<sup>14</sup> emere non possum.

*Senex* (viginti nummulos puero dans) Ecce, mi fili!

*Puerulus* vehementius lacrimas effundit.

*Senex admirans*: Quare fles denuo?

*Puerulus*: Fleo, domine, quia, nisi pecuniam amissem, nunc iam quadraginta nummos haberem. *Adelhaide e c. Hadik.*

**Casus pugilatoris.<sup>15</sup>**

Pugilator variis victoriis clarus in taberna<sup>16</sup> coffeam<sup>17</sup> sibi afferri iubet. Sed antequam exhaurire eam potuisset, ab amico evocatur.

Ne quis coffeam ebibere auderet, in schedula<sup>18</sup> reliquit admonitionem:

«Coffeam hic reliquit Benkóczi, pugilator celeberrimus.»

Paulo post reversus admirans videt coffeam exhaustam et in schedula admonitioni adscripta haec:

«Hanc coffeam exhausit Krausz, cursor in Europa celerrimus». <sup>19</sup>

**Quota hora?**

*Latro* (ad furem): Quota hora est?

*Fur*: Statim promam horologium meum e funda<sup>20</sup> — istius heri et dicam.

**Rimae doliorum.**

*Caupo* (querens): Heu me infelicem! Plena est cella<sup>21</sup> mea aquis!

*Hospes* (callide): Tanta rimae<sup>22</sup> in doliis tuis factae<sup>22</sup> sunt?

**In vivario.<sup>23</sup>**

In vivario puer et puella psittacum<sup>24</sup> admirantur.

Puer digito attrectat et irritat avem. Psittacus, quas doctus est, vocibus inclamat eum:

— Stultus! Asinus! Nequam!

Parvuli conterriti fugam capessunt.

Cum demum constitissent, puella increpat puerum:

— Videsne, te ubique terrarum iam norunt. *Felicianus Gondán dr.*

<sup>6</sup> Ipoly folyó <sup>7</sup> befagyva <sup>8</sup> módszer <sup>9</sup> sikerült  
<sup>10</sup> üzletben <sup>11</sup> cukorka <sup>12</sup> szappan <sup>13</sup> feladat  
<sup>14</sup> édesség <sup>15</sup> box-bajnok <sup>16</sup> korcsma <sup>17</sup> kávé  
<sup>18</sup> cédula <sup>19</sup> európai futóbjnok <sup>20</sup> zseb <sup>21</sup> pince  
<sup>22</sup> megreped <sup>23</sup> állatkert <sup>24</sup> papagály.

**Sepulchra caesarum.**

Romani, quo vexilla victores portaverant et populos sub potestatem redegerant, etiam cultum<sup>1</sup> atque humanitatem<sup>1</sup> secum tulerunt. Qua de causa omnibus locis, quos suae<sup>2</sup> ditionis<sup>2</sup> fecerant, monumenta reperiuntur temporum antiquorum. Imprimis autem Romae quotidie effodiuntur statuae, ruinae



<sup>1</sup> műveltség <sup>2</sup> meghódít.



aedium cet, quia Roma hodie super antiquam aedificata est. In ephemeridibus<sup>3</sup> nuper legere potuimus, cum ruinae theatri Augusti effoderentur in Monte Palatino, illius mausolei, quo caesares in sepulchro condebantur, cellas repertas esse. In cellarum marmore hi tituli leguntur: *Marcellus C. F.*<sup>4</sup> *Gener Augusti caesaris* et *Octavia F.*<sup>5</sup> *sororis Augusti caesaris*.


Brindisii aquae<sup>6</sup> ductum<sup>6</sup> aedificantes statum Veneris marmoream effoderunt.

<sup>3</sup> ujság    <sup>4</sup> filius    <sup>5</sup> filia    <sup>6</sup> vízvezeték.






### Solutiones aenigmatum Numeri I.

1. apis, Apis, 2. pālus-pālus. 3. Mens sana in corpore sano. 4. Usus magister optimus, 5. Aurora Musis amica. 6. Multum, non multa.



### Aenigmata rite dissolverunt.

Sophiani classis VII. (Budapest), Rosalia Unger (Kaposvár), Berbuch II. Majoros III., Borsányi, Dörflinger, Filkorn, Koch, Mátrai, Schneider, Szakál, Tóth, Walter, Zibolen IV., Bedő, Szöllösy, Friedmann, Heller, Grosz, Kárpáti, Havas, Fülöp, Almásy, Szabó VII. cl. discipuli realgimnasii Ujpestinensis. Adelhaida e comitibus Hadik, Irene Stoll (Tata), Josephus Valló (Budapest).



Franciscus Nagy.

A. e com. *Hadik*. Libenter Te saluto inter lectores Iuventutis. Salse dictum legere potes. Aenigma tuum crucis modo solvendum mittas, velim. *Scintilla*, quod promisisti, expecto. *Ernestus Goerlich*, *Vindobona*. Gratias pro libello. Legenda publicabitur in numero proximo *Hadrianus Fejér*. Gratias, vir doctissime.

Moderator ephemeridis: E. KEMENES dr. O. S. B. *Budapest, VIII., Baross-u. 62.*

ad quem litterae quaecunque mittantur.

Sumptibus moderatorum ephemeridis:

Magyar Középiskola. (Praeses: ACSAY ISTVÁN dr.)